

Johannes Mautner

Memoria Natalis ... Dn. Magistri Johannis Steini[i], Ecclesiae Rostoch. ad D., Nicol. vigilantissimi. Quam declarati erga me a benigna mente inexpectati favoris Redhostimentum, & oblata mihi ab humanissimo pectore recentis amicitiae Contrapignus, acceptorumque nuper ab amica manu doctissimorum carminum Interusurium ...

Rostochi[i]: Reusner, 1635

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746338120>

Druck Freier  Zugang



MK – 7689.21(1-3)

Memoria
NATALIS
Reverendi & Clarissimi Viri,
Dn.
Magistri
JOHANNIS
STEINI,

Ecclesiastæ Rostoch. ad D. Nicol.
vigilantissimi.

Quam
*declarati erga me à benignâ mente
inexpectati favoris*

REDHOSTIMENTUM,
*& oblata mihi ab humanissimo pectore,
recentis amicitiae*

CONTRAPIGNUS,
*acceptorumque nuper ab amicâ manu
doctissimorum carminum.*

INTERUSURIUM,

L. M. Q.

statuo

JOHANNES MAUTNERUS PANNONIUS.

Ad Lectorem.

Non decet ingratum cuius obtrudere carmen:

Ingenii donum non ita vile puto.

STEINIUS hæc habeat solus. quia solus honorem.

Et precium cultis scit dare carminibus.

Si tamen hæc novitas, Lector, tibi vellicat aurem,

Perlege; STEINIACUS fit tibi candor inest.

ROSTOCHI,

Typis JOHANNIS REUSNERI, Anno 1635.

Ad M. JOHANNEM STEINIUM.



Ergo mihi Phœbus te conciliavit amicum,
Musarumq; sacer me tibi junxit amor?
Hunc ad amicitiam poteras admittere, qui non
Ante vel auditus, vel tibi visus erat?
Nonne prius vultum faciemq; videre decebat,
Corporis & formam lineolasq; mei?

An nescis, quanto Physicorum turba labore

Discat ab externis interiora notis?

In me, JANE, tuum tibi quæ persuasit amorem;

Non adeo prægnans causa gravisq; fuit.

Versiculos certè noli prætereundere. nam me

Penè pudet Musæ, Vir venerande, meæ.

Felle madent nostræ, STEINI cultissime, nugæ;

Dum calami libo mella favosq; tui.

Ut taceam quantos mea prima pericula dentes

Sint à nasut à plebe coacta pati.

Carminis infauste tenuem formavimus orsum,

Et dedimus melicæ prima susurra Lyæ.

Paucula duntaxat cecini, tamen hic quoq; penè

Rarior auditor, quàm reprehensor erat.

Invidia flammis me fervidioribus ussit

Zoileo fervens turba supercilio.

Hinc summos inter digitos emarcuit ille

Enatus paucos flosculus ante dies.

Nec potuit, reliquos flores imitatus & herbas;

Tutus ab insano dente vel ungue mori.

Quid facient reliqui sætus, mea carmina, quorum

Multa latent cæco carcere clausa domi?

Quæ nunc in tenebris & carcere condita, lucis

Forsit an audebant spem quoq; concipere.

Ergo meus tineas pascet liber, & mea scombris

Ac blattis tunicas pagina, JANE, dabit?

Ergo nequidquam laudi famæq; litavi

Multorum, studio fervidiorè, virum?

Frustra sum juvenis nugatus plurima? frustra

Mille jocos finxi, seria mille puer?

Sed

Sed pereat, quicquid demorsos non sapit unguis,
 Et genii quicquid nil melioris alit.
 Ex quorum quoniam mea sunt nugalia censu,
 Ante meos vultus quid morer illa mori?
 Ipse meos perdam factus; & metra voraci
 Tradere Vulcano non erit involupe.
 Te verò, fors me quacung; sequetur, amabo,
 Fautor Apollinei ter venerande chori.
 En dextram tibi trado libens: talique vicissim
 Oblatam capio conditione mihi:
 Ocyus in lapidem per te transformer, uterq;
 Ut nostram Lapidis nomen habere queat.
 Parte tamen, si non speras, ut prorsus ab omni
 Esse tibi similis, dulcis amice, queam;
 Sunt varii lapides: alter preciosior auro,
 Diversum gemmæ nomen habere solet:
 Alter vulgaris meruit tantummodo dici,
 Naturâ cum sit vilior & precio.
 Participare genus lapidis me sufficit, et si
 In specie planè sim tibi dissimilis.
 Tu preciosis sis preciosior, ast EGO tantum
 Vulgaris populi sim lapis ante pedes.
 ME pedibus quivis ex vulgo proterat, ast TE
 In digitis gesserit doctus Apollo suis.

MAGISTER JOHANNES STEINIUS:

Anagrammata,

i Ah insignis in metro Vates es.

Seu lepido sparsum tibi, JANE, papavere carmen,
 ac hilarem dictat culta Thalia jocum;
 Seu tibi Calliope pullo procedit amictu,
 Et lacrimis madidum fundit Apollo melos;
 Nectaris, ambrosiæ, mellis, Latiq; diserto
 Pullulat ore salis pura medulla tibi.
AH, STEINI, metro vates insignis in omni
 Semper es, & Clavii portio magna chori.
 Aonios fontes, Heliconis utrumq; cacumen,
 Et caput, ô præses, restor, Apollo, tuum!

Quòd

Quod nimis exiguo purgatum pectus aceto;
Sparsave quod parco sint sale labra mihi.
Nec, puto, sum tantus vates; ut Vati haberi
Oblatâ possim dignus amicitia.
Quid faciam? Vates se STEINIUS optat amari
A me; ceu vatem, me quia solus amat.
Sum, fateor, parvus: sed cum me laudet ametq;
STEINIUS, hoc solo nomine magnus ero.

2. Ingenio treis Musas anteis.

Haecenus, ut memini, Musarum quarta solebat
Praecipue dici, NOSTRA THALIA, tibi.
Desine sed posthac uni te subdere Musa.
Quale, viden, pulchri nominis omen habes?
Anteis ingenio Musas treis; ingenio cum
Te ter tres Musa vix satis anteeant.

3. Animosus es, & insigni arte.

STEINI, Musarum cor, Apollinis alme sacerdos,
Christi mysta, maris die smaragde secus!
Cœlesti mannae qui nectar Apollinis, atq;
Pierii jungis mellea musta vadi:
Felix es. quoniam curis animosus utrisq;
Semper, & insigni clarus ab arte Vir es.

4. Integri animi es: sanus esto!

Integer est animus tibi, dilectissime vates,
Et atemq; mihi suspiciende senex;
Corporis integra vis. licet et maturior annis,
Jamq; tibi frontem sulcus anilis arat.
Sis animo Pylios & corpore sanus in annos,
Integer ac (animo sic precor!) esto diu!

5. Insignis vir es. ô sta & mane!

Laudibus & votis nomen tibi pollet abunde.
Hac geminâ fulges. Vir venerando, face.
Scilicet insignis vir es. ô sta, JANE, diuq;
Hoc super orbe (mei sed memor usq;) mane!

STEINIUS.

Anagr.

STEINIUS investis vir est. quia candida virtus
Clarius innudo pectore nuda micat.

Aliter

Aliter
Sit licet investis; tamen est vestitus abunde
STEINIUS, Aonii lucida gemma chori.
Pulchrius ut proprio nix alba nitore coruscet,
Et Venus est positâ veste venusta magis:
STEINIUS ipse suo sic fulget iaspide. virtus
Ornat eum proprio nuda decore satis.

Epigramma.

Si quem destituit doctæ facundia lingua,
Antiquo verbo dicitur ille lapis.
Contra, cui pollet multâ vi lingua, vocatur
Suada laborati nobilis eloquii.
Sed fallit crebro censure: vocatq; Süadam
Qui lapis est; lapidem quiq; Süada cluit.
Non lapis es, Steini, TU, quomodocunq; voceris:
At EGO sum, dicar quomodocunq;, lapis.
Aliud.

Ut magnes ferrum: sic horis omnibus ad se
Mautnerum STEINI dulce pœma trahit:
Ad Lectorem.

Pleria confer lepto cum melle THALIÆ;
Quæ docto STEINI gutture mella fluunt.
Mentiar, ambiguus si non heredis; an ipse
Illius utatur melle, vel ipsa suo.

HYPORCHEMA.

Celeriter ego feror ad alia, duce DEO,
Loca. citò, citò facite. quid agitis, homuli?
Cito, citò. quid agitis? agite facite viam.
Date spacia. fugite. nihil iter inhibeat.
Animula properiter, ut avicula, rapitur.
Licet ibi timeat aliquatenus ita volans;
Eaque refugiat adyta; malecata novum
Mare super alacribus agere juga ratibus.
Quid ago? Satyrica malè furit ibi Furia,
Merita - nihil anathemate capita feriens.
Quid ago, quid? adoperiar ego citò tenebris,
Et edet inania mea malevola rabies.

Pa-

Parum enim ea facere populus ait ad id epos,
Quod aliqua rigidior alibi scutica probet.
Sed ego nihil ea moror epitheta populi.
Ego semel, ego bis, ego ter, & ego decies,
Ita rudis, ita fatuus, agere temeriter.
Tibi, malevole rigideque popule, videar.
Nihil ego creperis trema tua jacula moror.
Age, fremere, trahere, rape, quate, preme, fure, feri.
Loquere bona, loquere mala, loquere media;
Calida, gelida, tepida. mera vome gladia.
Nihil ego, nihil ad ea moveor, uti lapis.
Id ego sapere puto, male sapere fatuus.

Ubi loquor? ubi moror? ades agilis Erato.
Apage vitrea Venus. apage volucer Amor.
Simul apage procul hederiger here Bromie.
Apage decem ruber. apage nemo rivage Pan.
Pilus, atomus apage. breviter: apage NIHIL.

Fatuus heram Anadiomenem amet, amet alia.
Ego celebre decus aveo canere Charitum,
Vehereque super hederifera loca STENIUM.
Ea mihi hodie initia, & hic erit epilogus.

Igitur ubi bona mihi data tero spacia,
Ciceroque nova metra celeripede numero:
Ad adyta tua mihi, rogo, pateat aditus,
Decus & oculus ROSEE, cor & amor hominum,
Lepide animule, mea que STENIE, cupiditas!

Metra canere celebria, patris ope Superi,
Et agere lepida tripudia decet hodie,
Quia reduce tibi mihi que face sacra dies
Oritur, & utraque data memoria GENIO
Recolitur: humilis animula que Deum, uti par,
Celebrat. Hominem etenim, ubi genitus in utero est,
Ubi dedit eum oculi premula tenebra foras,
Vitia que tetulit ubi laticis aqua sacri,
Decet utique canere beneficia Superum.

Egone vacuus hodie ero, sine que numeris?
Egone fileam? egone labia premam, uti lapis?

Viden' ut opera citò faciat homo nihili
Sua ? viden' ut ineat iter avidus hominum
Animus, ubique benè quibus olet odor opum ?
Quibus ubi licuit opivora capita Solo
Superius agere, abigereque opum ope inopiam,
Subitò latera sinuat hic, & hic, & alius,
Trahitur animus, & invagilia opera ruit.
Strepit' ubique solea, rotaque sonat alacris.
Sopor hebes ibi nihil hebetat aciem oculi.
Benè agitur, onera levia facit amor opum.
Nihil ibi, nisi pete: trahe rapeque: spolia :
Date, dabitur : agite, quid aliud ibi sonet ?
Etenim ea nihili hominis olida stoliditas
Ita loquitur & ita agit, ut inhiat opibus.

Sed ubi manus, ubi gula quoque satura lucro est,
Et ubi oculus avidus ita benè tumuit :
Ad alia cit' alacrem animum alia cupiditas,
Nudaque struere domicilia nimis avet.
Properat igitur ibi citò valida juvenum
Manus; & agit alacria tripudia populus.
Volat ad ea, qui habilis, opera, citò ruit hæc,
Ruit alia, ruit alia, & item alia cohors.
Sonitas it ubique, viridia nemora fremunt.
Viaque abietibus ubique, & ubique piceis
Tegitur, ubique lapidum habitat aliqua strues.
Igitur abiete lapideque solida domus
Benè levat ab humilibus hilare caput agris,
Propeque ferit apice domicilia superùm.


Nequeo sed adigere hominum *alia studia* sub
Canonem, & in ea melius acuere gladium.
Modò ut id etiam aperiam : ego stupeo nimium,
Qua Furia, quis hominum ita furor agat animos ?
Fatuus opibus inhiat amor, & homo miser
Neque sibi benè, neque benè facit humo aliis.
Propè etenim, (ut ita loquar in opivora barathra)
Ubi ubi lapidea domus, ibi ibi lapideus
Dominus habitat. Abi ab homine scelus hominum !
Fuge, rabide canis, avide lupe, leo rapax !


Quia

Quia igitur ita nihili hominem agitat amor, ut
Adeat itinere calida loca Arabum: & ubi
Juga tenet Aquilo, sola mariave quatiens:
Neq; timeat, ubi Zephyrifrema tumet aqua,
Pelagidomaq; malè furi alite pede vis.
Quid ego? mea latera coma levis avium alet?
Quid? ego dabo toro? ego dabo latera thalamo?
Neq; volo, neq; cupio. Quid igitur ago? Ades
Metriſtue calame, ſtyle, tabula! Chelis ades,
Lyraq; , tubaq; , lepidaq; cythara! Charitum &
Pater! ades humilis animula mea! DOMINUM
Precibus age colito tuum humilibus. *Ea enim*
DEUS ab homine ſacrificia ſibi dari amat.
Quòd initia tua, tuaq; media regere
Voluerit; ut ea capere loca valueris,
Simul ubi ſacra Religio, niveaq; Fides
Vigèt; ubi nitidus Amor. Ubi ſtudia virent
THEOLOGICA, PHILOSOPHICA, MEDICA, THEMIDOS.
Et, quod alia beneficia ſuperat: inibi
Refugium animi, & oneris, aliquà ope, requiem
Tibi ſtatuerit. ubi placuit ei, ut adeò
Benivola tibi faveat animula STENII.
Reliqua nequeo canere. *tacita memoria*
Ea bene recolit. Erit aliquod & aliàs
Spacium: ubi, duce comiteq; TRIADE, *celeris*
Data ſola cita ſolea benè quatiet equi.
Abeo. Vale, STENIE, decus & oculo virum!
Vale, vale, nitide lapis, Opaleq; radians!
Ubi feror? animula calidula celeriter
Volat. & ego cado. Labia mea nihil hiant.
Capite me. ubi ſum? ubi raptor? an habeo oculos?
Nihil habeo. fugio. citò date locum. *abii.*

Calliope claudit.

In DoMiNo SteInI terrIs benè VIVe! IOHANNES
Sapè tibi ſaVItè ſVLgeat Iſte! VaLe!





Viden' ut opera citò faciat homo nihili
Sua / viden' ut ineat iter avidus hominum
Animus, ubique benè quibus olet odor opum?
Quibus ubi licuit opivora capita Solo
Superius agere, abigereque opum ope inopiam,
Subitò latera sinuat hic, & hic, & alius,
Trahitur animus, & inragilia opera ruit.
Strepit ubique solea, rotaque sonat alacris.
Sopor hebes ibi nihil hebetat aciem oculi.
Benè agitur. onera levia facit amor opum.
Nihil ibi, nisi pete: trahè rapeque: spolia:
Date, dabitur: agite. quid aliud ibi sonet?
Etenim ea nihili hominis olida stoliditas
Ira loquitur & ita agit, ut inhiat opibus.

Sed ubi manus, ubi gula quoque fatura lucrò
Et ubi oculus avidus ita benè tumuit:
Ad alia citò alacrem animum alia cupiditas,
Nitidaque struere domicilia nimis avet.
Properat igitur ibi citò valida juvenum
Manus; & agit alacria tripudia populus.
Volat ad ea, qui habilis, opera. citò ruit hæc,
Ruit alia, ruit alia, & item alia cohors.
Sonitas it ubique. viridia nemora fremunt.
Viaque abietibus ubique, & ubique piceis
Tegitur. ubique lapidum habitat aliqua strues.
Igitur abiete lapideque solida domus
Benè levat ab humilibus hilare caput agris,
Propeque ferit apicè domicilia superùm.

Nequeo sed adigere hominum alia studia sub
Canonem, & in ea melius acuerè gladium.
Modò ut id etiam aperiam: ego stupeo nimium,
Qua Furia, quis hominum ita furor agat animos?
Fatuus opibus inhiat amor, & homo miser
Neque sibi benè, neque benè facit humo aliis.
Propè etenim, (ut ita loquar in opivora barathra)
*Ubi ubi lapidea domus, ibi ibi lapidens
Dominus habitat.* Abi ab homine scelus hominum.
Fuge, rabide canis, avide lupe, leo rapax!

